122

Illustris Domine:

Misi literas non unas, iisque alligavi gazettas aliquot typis excusas
diversi argumenti, cum vero praeter solitum non respondeas,
dubito an eas acceperis. Ne ergo me vitii alicuius hac in re accu-
sare demum possis, hac ipsa via, per ordinarium tabellarium Ham-
burgo me scribere ut debui, volui. Meditor his nundinis in-
stantibus ad aulam Caesareae Majestatis ut me conferam, partim quod
Ducibus meis clementissimis meismet conatibus, AUTORE DEO,
commodum procurem, partim ut damni a Caesareanis perpessi
militibus recompensationem tentem, partim ut Nobilis gradum
ambiam etc. Faxit DEUS OMNIPOTENS ut iter ad sui NO-
MINIS gloriam expediatur! Memini autem Te antehac
benevolentiam atque gratiam tuam mihi pollicitum esse, ut siqua
causa in aula Caesarea res meas feliciter succedant, quantum
ad exemptionem ex ordine plebeio attinet; Eo autem animo
adhuc Te esse, non solum spero, sed plane confido, quod
amoris tui in me sunt non una testimonia literarum. Quia
ego repositum partim vel nihil est, nisi id esse quod velis,
quod ad singulares Regentias Quietissimorum
Domini: Brunswicensi et Luneburgensi non indevotum esse ut
per perspicacem. Annitar in majora et gratiora Tibi,
in quibus te esse existimes quam Vienna spectare possim, [illegible]
eorum me progressum scribere. Literas tuas Hamburgum
ad Diedrich Forsten in platea S. Johannis habitatorem me-
catorem, notari possunt, aut Lipsiam ad Bibliopolam Eliam
Rehefeldt mittas. Quare observantissime et vehe-
menter Te rogo, ut literis tuis promotorialibus me ad
aulam Caesaream juves. Quod si feceris ingratum
me non sentias. DEUS Tibi usque adsit!

Dat. Hamburgo 10. Augusti 1629.

Illustris Domini

observantissimus
minister

Michael Beringer
im [illegible]

1629

praesent. d. 19. Septembr.

Dem Edelgebornen Herrn, Herrn
Melchiorn Goldasten von Haimings„
felde, der Röm. Kays. Mayt.,
auch fürnemer Reichsstände Con„
siliarii in Franckfurth am Main,
Meinem hochgeehrten lieben Herrn

Franckfurth am Main.

bey
Herrn Peter Kopffen
Buchhändlern zu
verschaffen.

Franco.